



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 2. Magdeburgum Ecclesia Metropolitana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Sæculum X. gentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, Regni Ottonis vigesimo septimo. Atque primum Autographum literis aureis Romæ in Castello SS. Angelorum custoditur.

A. C. 962.
 Baron. an.
 962.

§. II.

Magdeburgum. Ecclesia Metropolitana.

Sup. l. LIV. §. 20. Ditm. lib. 2. p. 19. Ap. Mabill. Sæc. 5. pag. 575. Sub idem tempus obtinuit Imperator, ut Magdeburgum in Ecclesiam Metropolitanam erigeretur. Fundaverat ibi Monasterium anno nongentesimo quinquagesimo tertio, ut notavimus, tumque S. Mauritii corpus & quorundam aliorum Sociorum ejus, anno nongentesimo sexagesimo primo, illuc transferri jusserat. In Bulla, de hac causa edita, Joannes Papa XII. summam dicit: *Otto Imperator ad nos detulit, quod devictos a se Sclavos ad Fidem Christianam perduxerit, & rogavit, ne illos populos Pastore destitutos, & periculo relabendi in servitutem dæmonis expositos relinqueremus. Quare decernimus, & precipimus, ut Magdeburgum in Saxonia ad Albim positum, illis gentibus proximum, in Sedem erigatur Archiepiscopalem, que totum gregem per Suffraganeos regere possit. Præterea volumus, Monasterium Merseburgense deinceps Sedem Episcopalem esse, Magdeburgensi subjectam, cum unus pastor*

pastor tot populis in fide erudiendis non sufficiat. Item volumus, ut census & decimæ omnium populorum, qui pia Imperatoris opera baptizati fuerunt, aut Successorum ipsius cura baptizabuntur, Ecclesiis Magdeburgensi & Merseburgensi, & cuicumque alteri, si e re Ecclesiæ visum fuerit, conferantur. Præcipimus Archiepiscopis Moguntino, Trevirensi, Coloniensi, Salisburgensi, & Hamburgensi, ut ad istarum Ecclesiarum foundationem omnibus viribus operam jungant. Si vero Deo adjuvante & potentia Imperatoris vel Successorum ipsius Sclavi in vicina regione habitantes ad Sacra Christiana perducti fuerint, Ecclesias Cathedrales in locis, ubi commodum fuerit visum, constituent, quarum Episcopi ab Archiepiscopo Magdeburgensi consecrentur, & sint ipsius Suffraganei. Hæc Bulla duodecima Febr. Indictione quinta, anno Pontificatus Joannis septimo, Ottonis Imperatoris primo, nempe anno Salutis nongentesimo sexagesimo secundo data est. At effectus non ante annum exinde sextum secutus est.

§. III.

S. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis.

Eodem ferme tempore S. Dunstanus, Archipræfulatum Cantuariensem
Sup. l. LV. §. 29.
Hist. Eccles. Tom. XIII. Cc con-

Sæculum X.
 A. C. 962.